

Appendix. — Europa Nro. 71.

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de querelis contra Novellas publicas.

Elysium — Meum 19. Augusti 1808.

T e x t u s.

Videtur omnino, quod Ephemerides aut mentiantur, aut irrationabilia scribant.

Lord North.

Minister Anglicus Fridericus *North*, qui 12 annis oppositionali Parti in Parlamento obstitit, in quo *Fox*, et *Bürge* contra ipsum erant, voluit planum (spiritum nempe republicanum in Americanis suffocare) *per fortia* in effectum deducere, ast eo devenit, ut ministerium suum resignare debuerit. Scripserant hac de re Ephemerides; Regem gratulari, se ab eo liberatum esse; quod ubi *North* legisset, dixit: videri clare, quod Ephemerides aut mentiantur, aut insania scribant.

Domini Collegae! Hoc professioni nostrae (officio volebam dicere) non cedit honori. Mendacia, et insania sunt voces ingratae, et propudiosae, atque hanc accusationem ex ore unius anglicani Ministri audire, profecto non cedit honori. Est quidem res jam antiqua, et pro honore nostro adferre non debuissim; sed applicari potest bene ad moderna tempora. An nos emendavimus? — Absque dubio. Conclamatur undique; novalia esse vacua; nec ea legi mereri; contineri in illis levitates, relationes siccas; seu has, seu illas legamus, de majoribus eventibus, et de cursu rerum mundi nihil discimus; hoc recte argumentum est, nos nosmet emendasse, et nec mendacia, nec insania scribere velle. Scribemus ergo exemplo Evangelistarum nudas veritates? Hoc equidem etiam non; illas ex bonis causis nobis reservamus. An non magnus unus Philosophus dixerat; si omnes veritates in manu haberet, illas certo ad mundum non dimitteret, quia homines veritatem ferre non possunt; Nos, dilecti collegae! sumus utcumque in simili casu, si ergo nec vera, nec falsa nobis scribere licet, quomodo prospicient saepius pagellae nostrae? sed recte etiam propterea non confundimus politicas opiniones, et homines non seducimus ad falsas speculationes; propterea debent

Lectores nobis gratias agere, quod eos circa futura sollicitos, et anxios non reddamus. Nunc legunt homines pagellas, et dein abijciunt illas ad locum praedestinationis suae, id est inter lacinia. *Sic transit gloria etc.*

Ineamus tantisper rationem cum officio nostro; Meo iudicio prodeunt in Germania variis sub nominibus quotidie 100 Ephemerides; quaevis earum habet plus minus 2000 Lectores, quod facit 200,000. Quivis eget ad minus media hora pro sillabisandis suis novis, ergo lectio novalium rapit 2000000 horarum; quod tempus si homines ad laborem converterent, et labor unius horae saltem 2. cruciferos valeret, tunc pereunt propter lecturam Novalium 4000000 cruciferorum, qui diem 66666 fl. efficient. Si haec summa ad colenda deserta Luneburgica, et alia plura similia loca, quae patria nostra habet, converteretur et pagos extrueremus, ad unam domum colonicalem 2000 fl. computando, quotidie exurgeret unus pagus cum 23. domibus, adeoque per annum 265 pagi. — Et populatio, agricultura, juvenus pro militia, contributio etc! — quanta felicitatis accessio! — Videmus ergo, quid ex Novellis, quae denique viam primaevae suae praedestinationis fideliter vadunt, aedificari posset. — Haec equidem multis risu digna videri; bene; Anacharsis junior dicit, periculosum esse hominem, qui nunquam ridet, nec flet, quia anima ejus gaudio, et dolore fortior est.

Sed jam nunc ab risu ad seria. — Legimus tanta de Svecia, de bello ejus infelici, de constantia Regis; sed quomodo haec Svecia prospicit? Geographus *Malte Brun*, natione Danus, ergo Sveciae vicinus; sequentem Parisiis edidit geographico-statisticam Sveciae descriptionem. Svecia magis noscit statum suarum provinciarum, quam aliae provinciae. Anno 1746 instituta est Commissio. Regia tamquam speciale Reginis Departamentum pro formando Cadastro, quae operationem suam Anno 1739 inchoavit, et ad quam omnia consistoria, et Rectores Provinciarum delineationes; et consignationes statisticas mittere debent. — Ante amissam Finnam erat populatio Sveciae 3,181,130 animarum; arealis extensio 6660 quadratorum milliarum; detracta nunc populatione Finniae 837,152. manet actualis populationis status 2,343,978 animarum; Spectando stemmata populorum Sveciae, habet illa 20000 Lappones, 600000 Finnos, et 2,560000 Svecos.

Numerus nobilitatis erat Anno 1795, 11934. capitum. Cleri cum suis familiis 16282. Professores et Magistri 1578. Cives 283,164. Coloni, Piscatores, Fodinarum cultores etc. 2,860000, cujus populationis maxima pars ruri degit; numerus in civitatibus habitantium erat Anno 1775, 283,164. qui numerus ad numerum ruri habitantium se habet sicut 1 ad 10.

7500
1403
burg
Caro
cum
3745
Civi
sunt
cocti
otium
otios
Qua
perit
qui c
na,
Inter
scun
tima
et cu
torum
tem
Gube
est,
Med
debe
pros
sund
est.
mere

pera
equo
alis.
stum
orna
sico
mem
Suae
tabat
poter
cis a
de di
ad fo
et ho
votis

Civitates praecipuae sunt: *Hafnia* cum populatione 75000. *Hedemira* cum 4600. *Westeras* cum 3229. *Upsal* cum 1403. *Nycöping* cum 2297. *Norköping* cum 10,000. *Gothenburgum* cum 15000. *Uddevalla* cum 4000. *Colmaria* cum 4125. *Carolicorona* cum 13,300. *Christianisunda* cum 2264. *Lunda* cum 2881. *Malmoe* cum 5229. *Istad* cum 3021. *Wisby* cum 3745. *Dratningholmia*, *Versalia Svecicae* dicta 4000. Sed Civitates Sveciae non sunt cum nostris comparandae; Non sunt in illis tot homines otiosi, qui ad promovendam concoctionem, aut aquirendum appetitum deambulant, et ad otium depellendum ledunt. Non infestat oculos caterva otiosorum famulorum, exterorum, et peregrinantium, sed Quaestores, Fabricatores, et opifices. Ubi aut fodinae reperiuntur, aut portus exstruitur, statim adsunt homines, qui domicilium illis figunt. Multos antiquos pagos obruit arena, sed novi exurgunt, utprimum occasio quaestus adest. Inter 27. Individua sunt certe 10 conjugata, et annue nascuntur proles circa 100000. et proles spuriae relate ad legitimas habent se ut 1. ad 21. Mortui relate ad natos, sicut 3 ad 4. et cum per diametrum annue moriantur 76,295. numerus natorum superat numerum mortuorum 22,000. Homines aetatem 100 annorum superantes, multi reperiuntur, et vix unum Gubernium circa curam sanitatis suorum adeo sollicitum est, quam Svecicum; in quovis Districta sunt examinati Medici, quos (*magnum nota bene*) aerarium solvit, et illi debent *gratis* aegros invisere, et *Recipe gratis* scribere. Ita prospicit Svecia; quomodo futuro anno, dum fretum Oresundicum glacie consistet, prospectura sit, exspectandum est. Novitatibus caret tempus, sequentia tamen forte notari merentur.

Diarium Politicum.

Parisiensis Monitor narrat Nanneto de 11. Augusti. Imperatorem navi visitasse ostia Ligeris, unde sub vesperam equo rediit. Vespere in conspectu palatii erat ignis artificialis. Hora 9. ambae Majestates venerunt ad circum, ubi festum singulare parabatur, et 1500 mulieres, amaenissime ornatae aderant. Dum Aula circum ingressa est, chorus musicorum cum populo cecinit cantus, qui felicem multorum memoriam repetebant; huic scenae successit saltus, quem Suae Majestates aliquo tempore spectabant; reduces comitabatur per plateas urbis populus, et domus pauperis, sicut potentis erat decentissime illuminata; Die sequenti publicis auctoritatibus, aliisque audientiam concessit; Fama de discessu Augustorum Hospitum totam urbem provocavit ad forum palatii, aut ad plateas, per quas transituri erant; et hora secunda pomeridiana discesserunt, sinceris fidelium votis, et suspiriis pro eorum incolumitate eos comitantibus.

Lectores nobis gratias agere, quod eos circa futura sollicitos, et anxios non reddamus. Nunc legunt homines pagellas, et dein abijciunt illas ad locum praedestinationis suae, id est inter lacinia. *Sic transit gloria etc.*

Ineamus tantisper rationem cum officio nostro; Meo iudicio prodeunt in Germania variis sub nominibus quotidie 100 Ephemerides; quaevis earum habet plus minus 2000 Lectores, quod facit 200,000. Quivis eget ad minus media hora pro sillabisandis suis novis, ergo lectio novalium rapit 2000000 horarum; quod tempus si homines ad laborem converterent, et labor unius horae saltem 2. cruciferos valeret, tunc pereunt propter lecturam Novalium 4000000 cruciferorum, qui biotim 66666 fl. efficient. Si haec summa ad colenda deserta Lunenburgica, et alia plura similia loca, quae patria nostra habet, converteretur et pagos exstrueremus, ad unam domum colonicalem 2000 fl. computando, quotidie exurgeret unus pagus cum 23. domibus, adeoque per annum 265 pagi. — Et populatio, agricultura, juvenus pro militia, contributo etc! — quanta felicitatis accessio! — Videmus ergo, quid ex Novellis, quae denique viam primaevae suae praedestinationis fideliter vadunt, aedificari posset. — Haec equidem multis risu digna videri; bene; Anacharsis junior dicit, periculosum esse hominem, qui nunquam ridet, nec flet, quia anima ejus gaudio, et dolore fortior est.

Sed jam nunc ab risu ad seria. — Legimus tanta de Svecia, de bello ejus infelici, de constantia Regis; sed quomodo haec Svecia prospicit? Geographus *Malte Brun*, natione Danus, ergo Sveciae vicinus; sequentem Parisiis edidit geographicam Sveciae descriptionem. Svecia magis noscet statum suarum provinciarum, quam aliae provinciae. Anno 1746 iustituta est Commissio. Regia tamquam speciale Regiminis Departamentum pro formando Cadastro, quae operationem suam Anno 1749 inchoavit, et ad quam omnia consistoria, et Rectores Provinciarum delineationes; et consignationes statisticas mittere debent. — Ante amissam Finniam erat populatio Sveciae 3,181,130 animarum; arealis extensio 6660 quadratorum milliarum; detracta nunc populatione Finniae 837,152. manet actualis populationis status 2,343,978 animarum; Spectando stemmata populorum Sveciae, habet illa 20000 Lappones, 600000 Finnos, et 2,560000 Svecos.

Numerus nobilitatis erat Anno 1795, 11034. capitum. Cleri cum suis familiis 16282. Professores et Magistri 1578. Cives 283,164. Coloni, Piscatores, Fodinarum cultores etc. 2,860000, cujus populationis maxima pars ruri degit; numerus in civitatibus habitantium erat Anno 1775, 285,164. qui numerus ad numerum ruri habitantium se habet sicut 1 ad 10.

Civ
75000.
1403. N
burgum
Carolic
cum 28
3745. D
Civitate
sunt in
coctione
otium
otiosoru
Quaestio
periunt
qui dom
na, sec
Inter 27
scuntur
timas h
et cum p
torum s
tem 100
Gubern
est, qu
Medici
debent
prospic
sundicu
est. No
merentu

Pa
perator
equo re
alis. H
stum si
ornatae
sicorum
memori
Suae M
tabatur
potentia
cis aut
de disc
ad foru
et hora
votis, c

Civitates praecipuae sunt: *Hafnia* cum populatione 75000. *Hedemira* cum 4000. *Westeras* cum 3229. *Upsal* cum 4403. *Nycöping* cum 2207. *Norköping* cum 10,000. *Gothenburgum* cum 15000. *Uddevalla* cum 4000. *Colmaria* cum 4125. *Carolicorona* cum 13,300. *Christianisunda* cum 2264. *Lunda* cum 2881. *Malmoe* cum 5229. *Istad* cum 3021. *Wisby* cum 3745. *Dratningholmia*, *Versalia* Svecicae dicta 4000. Sed Civitates Sveciae non sunt cum nostris comparandae; Non sunt in illis tot homines otiosi, qui ad promovendam concoctionem, aut aquirendum appetitum deambulant, et ad otium depellendum ludunt. Non infestat oculos caterva otiosorum famulorum, exterorum, et peregrinantium, sed Quaestores, Fabricatores, et opifices. Ubi aut fodinae reperiuntur, aut portus exstruitur, statim adsunt homines, qui domicilium illic figunt. Multos antiquos pagos obruit arena, sed novi exurgunt, utprimum occasio quaestus adest. Inter 27. Individua sunt certo 10 conjugata, et annue nascuntur proles circa 100000. et proles spuriae relate ad legitimas habent se ut 1. ad 21. Mortui relate ad natos, sicut 3 ad 4. et cum per diametrum annue moriantur 76,295. numerus natorum superat numerum mortuorum 22,000. Homines aetatem 100 annorum superantes, multi reperiuntur, et vix unum Gubernium circa curam sanitatis suorum adeo sollicitum est, quam Svecicum; in quovis Districta sunt examinati Medici, quos (*magnum nota bene*) aerarium solvit, et illi debent *gratis* aegros invisere, et *Recipe* gratis scribere. Ita prospicit Svecia; quomodo futuro anno, dum fretum Oresundicum glacie consistet, prospectura sit, exspectandum est. Novitatibus caret tempus, sequentia tamen forte notari merentur.

Diarium Politicum.

Parisiensis Monitor narrat Nanneto de 11. Augusti. Imperatorem navi visitasse ostia Ligeris, unde sub vesperam equo redivit. Vesperi in conspectu palatii erat ignis artificialis. Hora 9. ambae Majestates venerunt ad circum, ubi festum singulare parabatur, et 1500 mulieres, amaenissime ornatae aderant. Dum Aula circum ingressa est, chorus musicorum cum populo cecinit cantus, qui felicem multorum memoriam repetebant; huic scenae successit saltus, quem Suae Majestates aliquo tempore spectabant; reduces comitabatur per plateas urbis populus, et domus pauperis, sicut potentis erat decentissime illuminata; Die sequenti publicis autoritatibus, aliisque audientiam concessit; Fama de discessu Augustorum Hospitum totam urbem provocavit ad forum palatii, aut ad plateas, per quas transituri erant; et hora secunda pomeridiana discesserunt, sinceris fidelium votis, et suspiriis pro eorum incolumitate eos comitantibus.

In iisdem Pagellis est *Decretum Imperatoris*, quod pro Hospitiis ad thermas Pyraeneas specialem Administrationem ordinat, quarum thermarum usus, imo intertentio et cura personis militaribus gratuita esse debent. — Regina Hispaniae post brevem Parisiis exactam moram versus Hispaniam discessit, quod argumento forte servire posset, res in Hispania adeo desperatas non esse, prout aliqui rumore spargere vellent; etiam filii Regis Neapolis jam Neapolim discesserunt. — Etiam Generalis *Matthieu Dumas* Regem Josephum in Hispaniam secutus est. — Ex Perpignan scribitur, praesidium *Figueras* in Catalonia, quod Rebelles tenebant, per copias gallicas occupatum esse.

Imperator cum Imperatrice 14. Augusti hora 4. pomeridiana in S. Clodoaldo advenit. Minister Neopolitanus *Mario Gallo* Parisios advenit, sicut etiam Colonellus *Clary* nepos Regis Hispaniae. — In Ephemeridibus Bernensibus legitur narratio cujusdam Mercatoris, qui recentissime ex Hispania venerat, cujus quaedam fragmenta hic notare juvat: — Provinciae *Biscaya*, *Navarra*, et S. Andreae citra ullam sanguinis profusionem ultro semet Regi Josepho subiecerunt. Utraque etiam Castilia jam est tranquilla. Via *Bajonna* Madritum erat aliquo tempore insegura, sed a quo insurgentes ad *Burgos*, *Valladolid*, et *Rio Secco* honestam acceperant lectionem, tranquillitas, et securitas rediit.

Actus ad *Rio Secco* intercessit inter 30000 Insurgentium, inter quos 6000 copiae regulares erant, et *Marschallum Bessieres* cum 15000, qui Insurgentes internecina clade affecisse dicitur. Pro securitate Regis, dum Madritum proficisceretur, a *Bajonna*, usque Madritum erant 60000 militum collocata, Madriti autem fuerat Generalis *Savary* cum 12000. *Saragossa* cingit exercitus 24000, quam tamen alii jam deditonem fecisse volunt, ubi Generalis hispanicus *Palafos* Insurgentibus praeest; *Barcellona* pariter cingit cum 10000 Generalis *Duhesme*. Insurrectio tota jam nunc coacta est ad provincias *Asturiam*, *Galliciam*, *Andalusiam*, *Grenadam*, et *Murciam*, cujus plenariam oppressionem insolitus aestus, et difficultas subsistentiae majoris exercitus in illis regionibus, hactenus impedivit.

Magnae civitates.

Thebae, *Memphis*, *Babylon*, *Ninive*, *Troja* etc. erant magnae civitates, et nunc plane loca ignorantur, ubi steterant. Sed loco illarum habemus nunc Parisios, Londinum, Viennam, Amstelodamum, Neapolim etc. Ast talem, qualis *Thebae* fuerant, nullam nunc habemus civitatem. *Thebae* habebant 100 portas, et unum millionem militum, quos dum in bellum irent, 20000 currum sequebantur. — Perpendant haec bene Lectores. ita scribit historia! Quid ergo mirum, si Ephemerides

Qui
Sed

Ibrahim,
Joan
Quo tu s
Ibra
dat pecu
naeeco T
Joan
habes Re
antè adv
sederint,
nihil cert
produci
miserrim
Ibr
Reipubli
possessio
Joa
illam, p
quae Ru
vites sur
cultiores
victus r
ducunt?
Ibr
Joa
talento,
ret, nih